

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 3095

**Auteur(s) :** Alexandre III [pape]

**Bénéficiaire(s) :** Benjamin, Cherbourg, Notre-Dame du Vœu (abbé)

**Genre d'acte :** bulle

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1180, 13 mai

**Lieu d'émission :** Velletri

**Action juridique :** confirmation générale

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Bulle du Pape Alexandre III, adressée à Benjamin, Abbé de Ste Marie de Cherbourg.

Il lui confirme l'Abbaye de Ste Marie de Cherbourg qu'il prend sous sa protection ; l'île du Hommet dans laquelle elle est assise ; diverses propriétés et églises tant en Normandie qu'en Angleterre et en Ecosse ; la moitié de la dîme des moulins du Roi à Guernesey ; le monastère de St Hélier en l'île de Jersey avec ses appartenances ainsi qu'il fut concédé à ladite Abbaye par Rotrou, archevêque de Rouen ; l'église de la Ste Trinité à Jersey, avec les moulins de la Ville, la moute et le service des hommes, avec le marais de St Hélier, les moulins de la Falaise, la couture de Crapoudoit, la charruée et le moulin de Jourdain de Barneville, avec le châtelet de frère Ascher, et avec l'île de Herm.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Société jersiaise , *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 231, p. 310-312.
- b. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 205, p. 304-306.

Texte établi d'après a

Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Benjamino abbatii ecclesie Beate Marie de Cesarisburgo ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quociens a nobis petitur quod religioni et honestati convenire dignoscitur animo nos convenit libenti concedere et petencium desideriis congruum impartiri suffragium. Ea propter dilecti in domino filii vestris justis postulacionibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam Beate Marie de Cesarisburgo in qua divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes ut ordo canonicus qui secundum deum et beati Augustini regulam in eadem ecclesia institutus esse dignoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur ; preterea quascunque possessiones quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, prestante domino, poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum scilicet insulam Ulmeti in qua prefata ecclesia sita est cum omnibus pertinenciis suis ; Novam villam cum omnibus rationabilibus consuetudinibus et libertatibus et aliis suis pertinenciis ; molendinum super exclusam de Fera ; capellariam de

Valoniis cum omnibus pertinenciis suis scilicet terra quam possedit Neel Agneville apud Valonias et mansuris pluribus in eodem burgo, scilicet mansura Willermi Samin, mansura Roberti Pratarii, mansura Cementariorum et mansura Sibile juxta fontem Sancti Macuti. Ecclesiam Sancte Marie de Bellomonte, ecclesiam Sancte Michaelis de Hervevilla, cum omni decima et rerum exitu et elemosinis et aliis pertinentiis suis ; medietatem earumdem villarum in terra arabili et inarabili et aquis per totum. Ecclesiam Sancti Petri de Hubertvilla cum omni decima et aliis suis pertinenciis. Decimam molendinorum Regis et molarum et thelonii et nundinarum de Popevilla. Decimam molendinorum Regis et molarum et nundinarum et thelonii de Varrevilla ; decimam molendinorum et molarum et silvarum et nundinarum et thelonii et cambagii de Sancto Marculfo ; mansuram Anquetilli Palmarii et fratribus suorum et filiorum Picoti in eadem villa ; decimam duorum molendinorum Roberti de Curceio apud Chinevillam ; decimam molendini camerarii ; tenementum Roberti de Ulvilla in Ulvilla et Asevilla et Magnevilla ; decimam censu frumenti, avene, gallinarum, arietum et porcorum de tribus mansuris nemorum de Brus ; decimam nemoris de Bernaguasto per totum in blado, porcis, arietibus, placitis, pasnagiis, et venacione et dimidiam decimam molendinorum Regis in insula que vocatur Guerneroit : ecclesiam Sancte Marie de Quastevilla ; ecclesiam Sancte Marie de Gerboc cum decimis et aliis suis pertinenciis ; ecclesiam Sancti Laurencii de Nacherville cum pertinenciis suis ; capellam Sancti Clari ; terram quam dedit Helena et quam dedit Sarra et Gaufridus filius ejus ; mansuram quam dedit Petrus de Bruiseyo in Nacchevilla ; manerium de Otevilla cum ecclesia et capella et omnibus pertinenciis suis ; Arrevillam cum ecclesia Sancte Genovefe et omnibus que pertinent ad dominium de Hostonio ; terram magistri Johannis in Eschederville ; medietatem molendini Tioc in eadem villa ; in Cesarisburgo terram Willelmi de Heliun ; terram quam dedit Magister Hunfredus ; terram Roberti Socratis, terram Roberti Boselini, campum de fovea et pratum Esnescher cum duabus acris terre ; terram quam dedit Robertus Matra in Furcavilla et Varevilla, Ravenovilla, Sancto Maculfo, Cathehumo, Othevilla, Anglicavilla et Bonevilla supra Toccum ; Ecclesiam Sancti Elerii de insula Gereseio cum pertinentiis suis sicut eadem ecclesia vobis et ecclesie vestre a venerabili fratre nostro Rotrodo Rothomagensi archiepiscopo est concessa et auctentico ejus scripto confirmata assensu principis terre in cuius elemosina fundata est ; ecclesiam Sancte Trinitatis in Gereseyo cum molendinis de villa, cum molta et servicio hominum, cum maresco Sancti Elerii et molendinis de Falesia, cum cultura de Crapoducto et carrucata Jordani de Barnevilla ; cum molendino, cum castellulo fratris Ascheri, cum prioratu de Tallia, cum Herm insula et omnibus pertinentiis suis et cum villa de Hag in Anglia et suis pertinentiis, cum ecclesia de Hag et omnibus pertinentiis suis et cum ecclesia de Hustona et omnibus pertinentiis suis ; ecclesiam de Reborna et ecclesiam de Blotedona cum pertinentiis suis ; Et in Scotia ecclesiam Sancti Cuberti de Aelipt cum omnibus suis pertinentiis. Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere et eos sine contradictione retinere etc. Datum Velletreii per manum Alberti Sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii, tertio Idus Maii, inductione tredecima, incarnationis dominice anno millesimo centesimo octogesimo, pontificatus domini Alexandri pape tertii anno vigesimo primo.